26.



Ecce post tres dies mortis suae reuertitur ab inferis quasi uictor de
bello. Nam cum uictoria fuerit consummata quid aliud restat in
regni gloria subsequatur. Ergo quid faciamus fratres quomodo
mus regni illius esse participes. Scimus quia inuidus non est. Qui
enim seipsum donauit hominibus quomodo regni sui societatem non
donabit. Parentis neglegentia reprehenditur ubi dantis misericordia
non dubitatur. Si nos rogamus magistrum forsitan caeterorum fratrum
corda concutimus. Et dum nobis duobus uolumus prouidere inter omnes
scandalum excitamus. Nam et si sci sunt tamen homines sunt. Et si uin
cia carne non possunt quasi iam spiritales tamen percuti possunt qua
si adhuc carnales. Ut qui ergo uel leues occasiones demus quibus in pro
ba carnis natura tranquillas eorum animas inquietet. Ergo summitta
mus matrem nram ut suo nominae deprecetur pro nobis et fiunt duo bona.
Si enim res ipsa reprehensibilis inuenta fuerit facilem meretur ueniam
quasi mulier. Ipse enim sexus excusat errorem. Si autem non fuerit in por
tuna facilius inperabit mater pro filiis suis rogans. Ipse enim dns qui
mater nos animos filiorum miseratione impleuit facilius ex audiet mater
num affectum. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur primum quia
non solum illi reliquerunt patrem. Sed etiam ipsa reliquerat uirum
suum et secuta fuerat xpm. Et illi ostenderunt quo filii erant huius
modi matris et ista ostendit quia mater erat talium filiorum. Quo autem
uiuum reliquerat uirum sermo demonstrat. Qui de uocatione eorum
scriptus est dicens. Illi autem reliquerunt patrem suum Zebe
deum in naue cum mercenariis. Et secuti sunt ihm. Nisi forte quis
dicat quia xps plus quam triennio docuit intra tempus uocationis
apostolorum et passionis suae mortuus est Zebedeus. Et sic illa
secuta est ihm. Tamen secuta est qualis radix talia et germi
na. Et qualis terra talis et fructus. Non eam uicit sicut caeteras.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8110/0053